

tuus est Romæ; & in illo tempore erat schisma, & carebat Imperium.

Joannes de Moravia fuit factus Patriarcha. Sed annis VI. mensibus XI. Hic fuit homo horribilis, & multa consumens, & devorans. Hic per quosdam suos fecit interfici D. Federicum Militem de Savorgnano in Ecclesia S. Stephani audiendo Missam. Et postea ivit Soffumbergum, & hoc ad instantiam Domina Elisabethæ novercæ ipsius D. Federici. Quæ Domina capta fuit per populum Utinensem, & ducta fuit super plateam Utini: & ibi cum duobus Civibus Utini interfecta fuit. Postea dictus D. Joannes Patriarcha venit in Utino, & stetit aliquibus diebus. Tunc D. Tristanus, filius prædicti D. Federici de Savorgnano, supradictum D. Patriarcham in castro Utini ante portam interficere fecit: & omnia bona ipsius D. Patriarchæ fuerunt posita ad Saccomannum, & sic vindicta facta fuit de morte ipsius D. Federici Savorgnani. Et in Ecclesia S. Mariæ de Castro fuit sepultus. Deinde fuit dictum, quod ejus corpus debebat furari per aliquos de Patria: & ejus corpus fuit exhumatum, & positum in Ecclesia Majori Utini, & ibi adhuc est.

Antonius Gaetanus Patriarcha fedit annis VII. mensibus II. Hic nihil boni fecit, quia pro majori parte stabat infirmus propter podagram. Postea factus fuit Cardinalis, & ivit Romam: & schisma erat in Ecclesia Dei, & carebat Imperium.

Antonius de Portu-gruario Patriarcha fedit annis VII. & privatus fuit per Papam Gregorium. Et illo tempore erant tres Papæ, videlicet Papa Alexander, Papa Gregorius, & Papa Benedictus: tamen sublati fuit per omnes obedientia Papæ Gregorio, & data fuit Alexandro. Et dictus Antonius creatus fuit Patriarcha in M. CCCC. II. Et primo suo anno Capitaneus Portus-Naonis cum Communitate dicti loci fraudulenter, & furiose intraverunt in Castrum Turris, & castrum combusserunt, & in illo combusserunt D. Joannem de Ragonea, qui in dicto Castro habebat uxorem suam, filios, & filias, excepto Federico ejus filio: & magna crudelitas fuit facta. Et D. Patriarcha, convocato Parlamento cum tota Patria, ivit contra Portum-Naonem, & ibi steterunt paucis diebus: & reversi fuerunt, & nihil secutum fuit. Postea venit magna discordia inter homines Patriæ, quia aliqui dictum Patriarcham volebant, aliqui non. Et fuerunt illi de Civitate Austriæ, de Prata, de Porciliis, de Polcinigo, de Spilimbergo, de Valvasone, & de Glemona: & alii eum volebant. Tandem guerra exorta est in Patria, & quasi tota devastata. Et miserunt aliqui ad Regem Hungariæ, ut deberet mittere gentes, & ad Comitum Ortumberg. Et in M. CCCC. XI. venit Philippus Florentinus cum maxima comitiva, videlicet cum decem millibus equitum: invasit Patriam, & Utinum fuit sibi obediens. Et D. Antonius fuit factus Cardinalis per D. Joannem Papam XXII. D. Tristanus noluit eis obedire, sed ivit ad Serenissimum Dominium Venetorum: & ibi stetit cum cæteris suis sequacibus, donec reversi fuerunt in Patriam. Et isto tempore mortuus est Clemens Imperator, qui erat electus, & carebat Imperium. Et castrum Savorgnani fuit destructum per Utinenses.

Antonius de Ponte Concordiensis Episcopus factus fuit Patriarcha, & confirmatus fuit per D. Gregorium Papam, sed non habuit Patriarchatum in pace: & recessit, & abiit in Curiam Romanam; & ibi mortuus est absque Patriarchatu, & absque Episcopatu.

Ludovicus de Tech fuit electus in Patriarcham, & confirmatus fuit in Concilio Constantensi: &

fuit electus in M. CCCC. XIII. & fedit annis VII. Iste habuit guerram cum Dominio Venetorum, ex eo quod præfatum Dominium volebat reducere D. Tristanus in domum suam cum sequacibus suis: & volebat, quod bona eorum eis restituerentur.

V.

Nonnullorum Patriarcharum Vite ex alio Chronico MS. desumptæ. *Cap. I. x. 132*

ANno Domini M. CCC. LXXXI. tempore quo sedes Aquilegensis vacabat rectore & gubernatore, omnis Patriæ turba, Terræ, Castellæ, Populi concio petebat auxilium ab alto Dei consilio, ut Deus omnipotens tribueret eis propugnatorem utilem, & tutorem. Sicut divina Providentia in re disposuit, sic res processit in actum. Contigit, quod Dominus Apostolicus mitteret quemdam Virum & Dominum solemnem, videlicet D. Philippum de Alenconio Cardinalem ad partes Forijulii in Patriarcham & Rectorem. Erat quædam rebellio & dissensio partium, scilicet urbium, terrarum, & Oppidorum. Quædam partes receperunt dictum Philippum in Patriarcham reverenter, & latenter; quædam partes restiterunt, & renuerunt. Unde decretum fuit per eundem D. Cardinalem, & per ejus consilium, quod omnibus urbibus, terrisque, & villis, sibi & aliis resistentibus, imponeretur interdictum; sic etiam in Terra Utini & aliis, & in confinibus, & complicitibus suis. Et sic factum fuit, & positum interdictum omnibus resistentibus, & nolentibus ei obedire tanquam Patriarchæ. Illo anno, quo impositum fuit interdictum, regnabat valida pestis epidemia in Terra Utini, & in toto orbe; & decedebant in Utino in die plusquam centum, interdum plures: & incepit ea pestis de mense Martii, & duravit per totum Augustum, & mortui sunt illo anno plusquam XX. millia christianorum. Eo tempore erant quatuor Sacerdotes, vel quinque profani, qui celebrabant divina officia in facie Ecclesiæ; & cum illis quatuor, vel quinque Sacerdotibus omnes mortui sepulti sunt. Finita peste, idem Philippus Cardinalis videns partes adversantes sibi, & nolentes obedire ei, quia in Commendam volebant eum, sed si vellet deponere pileum, & accipere baculum pastorem Ecclesiæ Aquilegensis, ipsi vellent ei obedire tanquam Patriarchæ, & vero pastori, sin autem, non. Ipse autem renuens & nolens deponere, sperans ascendere ad summum apicem, & eligi in Papam, recessit a partibus Forijulii, & adhaesit D. Francisco Antico de Carraria Padoano. Qui Franciscus dedit sibi pro Capitano quemdam Johannem Daiz, qui veniens cum magna societate in Forum Julii, cepit primo Portum-gruarii, Sacilum, S. Vitum, Savorgnanum, Valvasonem, Glemonam, & alia multa fortilitia, & intravit etiam Aquilegiam in die Parasceve. Ecclesiam violaverunt, derobaverunt, mulieres, homines ceperunt, trucidaverunt, & alia multa enormia in dicta Ecclesia, sive Civitate commiserunt, & fere totas villas Forijulii cremaverunt: & duravit illa guerra ab ipsius inchoatione usque ad septimum. Tempore hujus guerræ Utinenses miserunt ad Dominum Apostolicum Urbanum VI. ad Civitatem Januæ, rogantes eum ut mitteret eis unum pastorem, sive Patriarcham, & direxit eis unum Patriarcham Jerosolymitanum, Legatum, & venit Utinum: stetitque per unum annum, & postmodum recessit, & multa bona secum detulit. Sed paulo post Dominus Apostolicus direxit quosdam solemnes Viros, & Dominos Legatos, videlicet D. Fri-

Variante

38 Ruber V col. 158 ff.

h = hore Leprecherio. Re. Forijul. collectio 1199 fol. 100 rrv.

Et: Lura; Mædota Forijul. in du. Ott. Bon. hore n. l. 1199. f. 100 rrv.

M1 = Mædota x. 132.

M2 = Mædota x. 132. f. 176-183 rrv.

1) Aquilegensis M1. 2) continuo petebant L. 3) consilio M1. 4) om. L. 5) acta L.

6) contingit h. 7) solemnem L; solemnem M1 et re postea L; consilium M1. 8) impositum - restituitur om. L. 9) intra h. 10) epidemia in civitate M2. 11) et interdu M2.

12) ille (it) h. ea M1. 13) personam. Erant quatuor vel quinque sacerdotes profani qui in obitu interdicto celebrabant M2. 14) cum his sacerdotibus M2. 15) fuerunt M2.

16) ista M2. 17) om. M2. 18) cum - recessit et om. M2. 19) Aquilegiam h. 20) p. cui ipse recessit L. 21) ellegi h. 22) de Janua M2. 23) sacillum M1.

24) Valvasonem L; fortitudo M1. 25) parasceve M1. 26) eo tempore L. 27) utin L. 28) om. L. 29) penitus h.

c) Austriam L. f) et ex M1. ex - hore. om. Ruber. g) Venetiam h. et M1.

h) claram et deo. L. j) consilio deo M1. i) consilium M1. k) effectus h. l) vacari -

legit sunt om. Ruber. m) cor. Lura. om. L. n) fragebatur h. o) re L. et h.

propria M1. p) om. L. et h. q) cor. papa L. r) magistri L. s) generalis L. t) civitatem.

u) utique L. v) deponeretur M1. w) pastor et r. L. x) interdictum M1; benedictus L.

y) translationem L. z) interdictum M1.

a) solemnem L. b) om. L. c) utique L. d) Mædota Ruber e) re L. f) hore.

g) cor. hore. h) sen M1. i) patriarcham - Antonius om. L.